

regulam providerint eligendum. Paci quoque & tranquillitati vestra paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra claustras locorum seu Ecclesiarum vestrarum, nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere.

Præterea omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris, Romanis Pontificibus, Ordini vestro concessas; necnon & libertates & exemptiones secularium exactio-
10 rum à Regibus & principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate Apostolica confirmamus, & presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet vexationibus fatigare; set omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt vobis omnimodis profutura; Salva sedis Apostolica auctoritate, & diocesani Episcopi canonica justitia, ac in prædictis decernis moderatione Concilii generalis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc constitutionis nostra paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove communita, nisi reatum summo congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisq; sui careat dignitate, reamq; se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sanctissimo corpore & sanguine Dei, & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine, districta subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus, sit Pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem, præmia æterna pacis inveniant. Amen Amen.

Solebant hic venerari quendam Heremitam primum Fundatorem Domus.

Lel. Coll: The Chapell, where sometime the Hermitage was seerchd in the de of the paroch Church.

PRIORATUS

de Bidlington, in agro Eboracensi.

Carta Fundationis ejusdem.

Go Wakerus de Gant notifico omnibus Sanctæ Ecclesiæ fidelibus, quod in Ecclesia Sanctæ Marie de Bredlintonæ, Canonicos regulares stabilivi, ex præcepto & concensu Regis Henrici, pro anima ejus, & pro animabus patris, & matris ejus; & pro animabus patris, & matris meæ, & anima mea, & amicorum meorum; Concedo igitur eidem Ecclesiæ, & servitoribus ejus, quicquid habui in eadem villa; videlicet, tresdecem Carucatas terræ cum Molendinis, quæ eidem terræ adjacent: terras quoque illas quas homines mei dederunt ipsi Ecclesiæ concedo; videlicet *Willielmus Constabularius*, unam Carucaram terræ in *Wesungebt*; *Forno* in eadem villa duas bovas, *Machernus* in *Hilvertrop* duas bovas; *Radulphus Buch*, & *Gocelnus* filius ejus, in *Estona* duas bovas dederunt: *Radulphus* in *Grendala* dedit quatuor bovas; *Gozo* in *Bucetona*, concessione, *Alani* filii sui, dedit quatuor bovas; *Malgerus* in *Richetona* quatuor bovas. Et insuper dedi eidem Ecclesiæ, & servitoribus suis Canonicis, Ecclesiam de *Cenham*, & aliam de *Wittham*, & dimidiam Ecclesiæ de *Sufferebt*, & Ecclesiam de *Stolat*, cum Molendino uno; & Ecclesiam de *Swaledala*, Ecclesiam quoque de *Willewerbt*, & aliam de *Galmetona*, quas *Adelarus* venator dedit, concessu *Henrici* filii sui, concedo. Has omnes terras, & Ecclesias, cum terris quæ eis adjacent, concedo eis solutas & quietas ab omni Geldo & omnibus consuetudinibus, præter Geldum Regis; videlicet *Danegeldum*. His testibus *Twstino* Archiepiscopo, *Alano* de *Perci*, *Eustachio* filio *Johannis*, *Jordano* *Pagnet*, *Willielmo* *Constabulario*; *Lamberto* *Constabulario*; *Willielmo* de *Mundavilla*; *Radulpho* de *Novavilla*, *Willielmo* de *Perci*, *Radulpho* de *Grendala*, & *Radulpho* filio ejus, *Gocelmo Buch*; *Malgero* de *Erghom*, *Wimundo* *Capellano*, *Richardo* *Pincerna* & *Girardo* fratre ejus; *Roberto* de *Ropeff*, *Waltero* de *Calce*: Et superaddo etiam eis Ecclesiam de *Eltsbedona*, cum eadem libertate quam in supradictis Ecclesiis habent.

Ex Regi-
stro de
Bid-
lington
penes Will.
Ingleby. Eq.
Aur.

Confirmatio Gilberti Comitis, de terris de dono Walteri de Gaunt Fundatoris; & donum ejusdem de Hurton, Wefyngby, Wilderthorp, Willethorp, Barton, & Fordone.

Bic.

Gilbertus de Gaunt Comes Lincolnia omnibus hominibus suis Francis, & Anglis, & omnibus Ecclesie filiis, salutem. Notum fit vobis me concessisse, & presentis Cartae testimonio confirmasse Ecclesie Sanctae Mariae de Breddingtona, & Canonicis meis ibidem domino servientibus, in liberam & perpetuam elemosinam, omnes donationes quas pater meus, & homines sui fecerunt eidem Ecclesie, in Ecclesiis & terris, & tenuris, ita liberas, & quietas ab omnibus consuetudinibus, & Geldis, praeter solum Danegeldum, sicut pater meus eidem Ecclesie concessit, & per Cartam suam confirmavit. Praeterea donavi eidem Canonicis meis, & presentis Cartae testimonio confirmavi, in liberam, & perpetuam elemosinam totam villam de Wefyngby, cum omnibus eidem villae pertinentibus in Wilderthorp, Willethorp, & Forduna. Et in Barton de una Carucata terrae quam Lambertus filius Willielmi tenet; & totam villam de Spetona, cum omnibus eidem villae pertinentibus; & quicquid ego habeam in dominio meo in prato de Wadensillise; & quicquid Walterus filius Bertini, & Audenus de Hundemanbi, homines mei in eodem prato habebant; & Burtonam cum omnibus pertinentiis suis, tam in dominiis meis, quam in servitiis illorum, qui in eadem villa tenebant de me; & Ecclesiam de Waemburch, & in eadem villa unam Carucata terrae, & servitium Hugonis Escrop, & Johannis Camerarii, & Obbonis, & Johelis, & Walteri Brax, & omnium aliorum ministrorum meorum, qui liberè de me, terras suas, tenebant. Has omnes terras, & tenuras dedi eis, & confirmavi cum omnibus suis pertinentiis, in terra arabili, & in pascuis, in pratis, & in mariscis, in aquis, & in Molendinis, in mari, & in piscariis, in viis, & in semitis, & in omnibus locis, & in omnibus rebus, ad eas pertinentibus, solutas, quietas, & liberas ab omnibus consuetudinibus, & Geldis, praeter Danegeldum. Hiis testibus Roberto de Gaunt fratre meo, Willielmo filio Walteri; Radulpho de Novavilla, Stephano de Farlingtona, Galfrido filio Malgeri, Henrico de Wellerdebi, Thoma Arbitrario, Thoma filio Petri; Roberto filio Constabularii, Willielmo Luwet, Simone Capellano, Johanne Camerario.

Carta Gilberti de Gaunt, Comitis Linc. de pastura ad quinquaginta oves in Campo de Hundemanbi.

1b. fol. 55. **O**mnibus ad quos praesens scriptum pervenerit, Gilbertus de Gaunt Comes Lincolnia, salutem. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse, & hac praesenti Carta mea confirmasse Deo, & Ecclesie beatae Mariae

de Bridlington, & Canonicis meis ibidem Deo servientibus, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, sufficientem pasturam ad quinquaginta oves in Campo de Hundemanbi, cum situ unius Bercaire, in una parte campi, duas acras continenti, cum libero introitu, & exitu per terram meam in eodem campo. Hanc donationem feci Canonicis meis, pro anima mea, & omnium parentum meorum & hominum meorum, qui sunt mortui vel sunt morituri. Hiis Testibus (&c.)

Carta Regis Henrici primi plurimas Donatorum concessiones recitans & confirmans.

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Henricus Dei gratia Rex Angliae, Archiepiscopis, Episcopis, Principibus, Baronibus, & universis fidelibus totius Angliae Clericis, & laicis, Francis & Anglis, tam presentibus quam futuris salutem. Quoniam ad hoc à superna potestate regalis celsitudinem potestatis accepimus, ut in Ecclesia Dei potentiam nostram justè pariter & misericorditer exerceamus, visum est nobis, ut non solum sub nostra tuitione & munimine ab infestantium malicia atq; calumpnia tueatur, verum etiam ad suarum sustentationem necessitudinum nostri muneris liberalitate foveatur. Praecipue verò illis hæc facere debemus, qui voluntariam subeuntes paupertatem sub regulari disciplina Domino militare decreverunt, ut secundum Apostolum ex nostra opulencia eorum suppleatur indigentia, & nos eorum interventu in aeterna recipiamur tabernacula. Damus itaq; & sub presentis hujus Cartae nostrae privilegio atq; attestatione confirmamus Ecclesie S. Mariae de Brellingtona, & Canonicis regularibus Domino ibidem servientibus, duas Carucatas terrae ex meo dominio, quarum una & dimidia est in Estona, dimidia verò in Wildertoze, solutas & quietas ab omni geldo, & omnibus consuetudinibus, cetera verò quae à Wualtero de Ganto & a Jordane Paganel, vel ab aliis Baronibus & Vavassoribus meis data sunt praedictae Ecclesiae, & in hujus Cartae nostrae pagina continentur, concedimus, atq; ejusdem Cartae auctoritate confirmamus.

Wualterus de Ganto dedit ipsi Ecclesiae, & decem carucatas terrae in Brellingtona, Jordanus Paganel dedit in eadem villa unam carucata terrae pro anima Geretrudis uxoris suae, dono & concessione. Stephani de Mainl privigni sui. Homines Wualteri de Ganto dederunt eidem Ecclesiae concessione ipsius Wualteri. . . . W. lielmus Constabularius, dedit unam carucata in Wasingeby. Furno dedit in eadem villa duas bovas. Macherius dedit duas bovas in Wildertoze, Radulphus Bught, & Gozelmus filius ejus dederunt duas bovas in Estona. Radulphus dedit quatuor bovas in Grendala. Goro dedit quatuor bovas in Buchetona. Malgorus dedit quatuor bovas in Richtona. Morcarus dedit unam bovaram in Beintona, concessione Roberti de Brus domini sui. Item Wualterus, de Ganto dedit

Ec.

Ecclesiam de *Codenham*, & aliam de *Waltham*, & dimidiam Ecclesiam de *Suthereby*, & etiam de *Finley*, & Ecclesiam de *Sualdala*. *Adelardus* autem venator dedit, concessione *Henrici* filii sui, & concessu *Walteri* Domini sui, Ecclesias de *Wiltardeby* & de *Galmetona*. *Stephanus* Comes de *Albamara* dedit Ecclesiam de *Bovintona*, *Willielmus* filius *Nigelli* dedit Ecclesiam de *Flemeburgh*, & *Eustachius* filius *Johannis* concessit, & in dedicatione ipsius Ecclesie accrevit eidem Ecclesie unam bovaram terræ: Ecclesiam quoque de *Cathima* dedit idem *Eustachius*. *Eurardus* filius *Petri Dapiferi* de *Hilderness* dedit Ecclesiam de *Attingewitt*. *Radulphus* de *Gosla* dedit Ecclesiam de *Sprotelza*. Has omnes Ecclesias & terras dederunt prædicti Domini solutas & quieras ab omni geldo & consuetudinibus præter geldum meum, videlicet Danegeldum. Præterea concedo & confirmo escambium fororum quod fecerunt inter se Canonici & *Jordanus Paganell*. Adhuc *Willielmus* de *Moion* & uxor ejus *Agnes*, dederunt Ecclesiam de *Wicheforda*.

Carta Regis Stephani de Portu de Brillintona.

Stephanus Rex *Anglia* Comiti *Eboracensi* & ministris suis, salutem; Mando vobis quod permittatis Priorem de *Brillintona*, benè & in pace, tenere & habere portum suum de *Brillintona* sicut *Walterus* de *Gant* & *Gisbertus* pater suus illum melius tenuerunt aliquo tempore, ne super hoc fiat ei injuria vel contumelia. Et faciatis omnes ibidem applicantes justè habere pacem meam, ne aliquis eos injustè disturber, neque infestet. *T. Richardo* de *Lacy* apud *Koteswardam*.

Carta Regis Henrici secundi.

Henricus Rex *Anglia*, & Dux *Normania* & *Aquitania* & Comes *Andeg.* Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Justiciariis, Baronibus Vicecomitibus, ministris & omnibus fidelibus suis totius *Anglia*, *Francie* & *Anglicis* salutem. Sciatis me concessisse & confirmasse Ecclesie beatæ *Mariae* de *Brellintona*, & Canonicis ibidem Deo servientibus in liberam & perpetuam elemosinam duas carucatas terræ de dominio meo, quarum una & dimidia est in *Estona*; dimidia verò in *Hildertorp* solutas & quieras ab omni geldo, & omnibus consuetudinibus, sicut *Carta Regis Henrici* avi mei eis restatur & confirmat. Præterea concedo eis, & confirmo omnes donationes quæ eis rationabiliter factæ sunt; videlicet, ex dono *Walteri* de *Gant* tredecim carucatas terræ in *Brellintona*, & Ecclesiam de *Frelai*, & Ecclesiam de *Codenham*, & Ecclesiam de *Waltham*; & dimidiam Ecclesiam de *Suthereby*; & Ecclesiam de *Elbesforda*, & Ecclesiam de *Sualdala*. Ex dono Comitibus *Gilberti* de *Gant* totam villam de *Heringeby*, cum omnibus eidem villæ pertinentibus. In *Hildertorp* & *Wyncelesby*,

& *Forduna*, & cum servicio *Lamberti* filii *Willielmi* de una carucata terræ in *Rinton*, & tres carucatas terræ in *Syctonia*, quas *Willielmus* filius *Lamberti* de eo tenuit, & in eadem villa servitium *Fecionis* de tribus carucatis terræ, & quicquid idem Comes *G. Locus* habebat, in dominio suo in prato de *Wabenesfif*; & quicquid *Walterus* filius *Bertini*, & *Anandus* de *Hundemanneby* homines sui in eodem prato habebant; & *Burtonam* cum omnibus pertinentiis suis, tam in dominiis Comitibus *Gilberti*, quam in serviciis illorum qui in eadem villa tenebant. Et Ecclesiam de *Bueburgo*, & in eadem villa unam carucatom terræ & servi ministrorum Comitibus *Gilberti*, qui terras de ipso tenebant; Scilicet *Johannis Camerarii*, & *Hugonis Estrop*, & *Obbonis* & *Johel*, & *Walteri Branti*, & omnium aliorum ministrorum prædicti Comitibus, sicut *Carta* sua eis restatur & confirmat. Ex dono *Rogeri* de *Melbrannum* carrucatom terræ in *Frestigetorp*, & dimidiam carrucatom terræ in *Martona*. Ex dono *Roberti* de *Witheulla* unam carrucatom terræ in *Scireborna*. Ex dono *Willielmi* de *Percy* unam carrucatom terræ in *Newtona*. Ex dono *Willielmi* filii *Nigelli* Ecclesiam de *Flabeburg*. Ex dono *Eustachii* filii *Johannis* Ecclesiam de *Stralleby*, & Ecclesiam de *Cutona*. Ex dono *Everardi* de *Ros*, Ecclesiam de *Attingewit*. Ex dono *Gaufredi* *Dispensatoris* Ecclesiam de *Bovintona*. Ex dono *Athelardi* Venatoris, Ecclesiam de *Wiltardeby* & Ecclesiam de *Galmetona*. Ex dono *Radulphi* de *Gosla* Ecclesiam de *Sprotelai*. Ex dono *Roberti* de *Percy* Ecclesiam de *Wacrendeburgh*. Ex dono *Jordani Paganelli* unam carrucatom terræ in *Brellintona*. Ex dono *Radulphi* *Bucc* duas bovatas terræ in *Estona*. Ex dono *Radulphi* de *Grandala* quatuor bovatas terræ in *Wuchetone*. Ex dono *Malgerii* quatuor bovatas in *Richtona*. Ex dono *Morcari* duas bovatas in *Bentona*. Ex dono *Willielmi* de *Moion*, Ecclesiam de *Wicheforda*. Ex dono *Willielmi* de *Oteringeham* Ecclesiam de *Oteringeham*. Ex dono *Almi* de *Moncell* duas bovatas terræ in *Wuchetona*. Ex dono *Ernaldi* duas bovatas terræ in *Martona*. Ex dono *Radulphi* de *Gosla* quatuor bovatas terræ in *Gosla*. Ex dono alterius *Radulphi* de *Gosla* quatuor bovatas terræ in *Bisforda*. Ex dono *Angrini* de *Trismaricho* unam carrucatom terræ in *Leadbrettonia*. Ex dono *Aufrid* de *Tilmeburg* quatuor bovatas terræ in *Kilmerdeby*. Ex dono *Walteri*, de *Futha*, duas bovatas terræ in *Rutha*. Quare volo (&c.) Testibus *R. Eboracensi* Archiepiscopo, *Hilario* *Cicestrensi* Episcopo, *Toma* Cancellario, *Johanne* *Theaurario* *Eborum*, *Willielmo* fratre Regis, *Hugone* *Pigod* Comite de *Norfolca*, *Margero* *Bisep* dapifero, *Warino* filio *Gerardi* *Camerario*, *Eustachio* filio *Johannis*, *Richardo* de *Campvlla*, *Roberto* de *Dunstanvlla* & *Simone* filio *Willielmi*, apud *Waltham*.

Carta

Carta Johannis filii Johannis de Harpham de medietate Ecclesie de Twenge.

Ibid.

OMnibus has litteras visuris vel audituris, *Johannes* filius *Johannis* de *Harpham* Salutem æternam in Domino. Noverit universitas vestra me concessisse & dedisse & hac præfenti Cartâ meâ confirmâsse, Deo & Ecclesie *Sanctæ Mariae de Brellingtona*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in liberam & puram & perpetuam elemosinam, medietatem Ecclesie omnium Sanctorum de *Twenge*, cum omnibus ad eandem medietatem pertinentibus, intra villam & extra villam, sine ullo retinemento, ita liberè & integrè, sicut aliquis miles liberius & integrius viris religiosus Ecclesiam concedere vel dare potest, nichil de eadem medietate Ecclesie michi vel hæredibus meis retinens, nisi orationum suffragia. Et ut hæc mea donatio rata sit & stabilis, præfens scriptum sigilli mei munimine roborâvi; Huius testibus *Marmaduco de Twenge*; *Gilberto de Atong*; *Roberto de Maynill*; *Willielmo de Twenge*; *Reinero de Beverlaco*; *Johanne de Oketona*; *Richardo & Willielmo Capellanis*; *Magistro Roberto de Brellingtona*; *Gillberto de Spetona*; *Erinaldo de Marton*; *Erinaldo de Bucketona*; *Luca Silver*, & multis aliis.

Carta R. filii Herniti de Ecclesia de Gausla.

R filius *Herniti*, omnibus Ecclesie filiis salutem. Notum sit vobis me dedisse, & præfentis Cartæ testimonio confirmâsse in liberam & perpetuam elemosinam Ecclesie *Sanctæ Mariae de Berlintonæ* & Canonicis ibidem Deo servientibus Ecclesiam de *Gausla*, cum omnibus suis pertinentiis, pro redemptione animæ fratris mei, qui eam dederat eidem Ecclesie, & pro salute animæ meæ & omnium consanguineorum meorum, & amicorum. Huius testibus *Roberto* Presbitero de *Sprottele*; *Walcalino* Presbitero; *Erinaldo* Presbitero; *Adam* Diacono; *Magistro Alexandro*, Milone equite; *Willielmo de Wdeford*; *Willielmo Haltain*; *Radulpho de Sprottele*; *Herberto Morant Waltero Moin*; *Henrico de Berlintonæ*; *Serlone Talun*; *Reinaldo Pynchewer*; *Willielmo Coco* (&c.)

Carta Walteri de Ver filii Adæ de Goufle de Ecclesia de Sprottele.

Ibid.

OMnibus hoc scriptum visuris vel audituris, *Walterus* de *Ver*, filius *Adæ* de *Goufle*, Salutem in Christo. Sciat is me concessisse & dedisse, & præfenti Cartâ meâ confirmâsse Deo & Ecclesie *Sanctæ Mariae de Brellingtonæ*, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in liberam & puram & perpetuam, elemosinam, Ecclesiam *Sancti Swithini de Sprottele* cum omnibus ad eam pertinentibus intra villam & extra villam,

sine ullo retinemento. Ita liberè & integrè sicut aliquis miles liberius & integrius viris religiosus Ecclesiam concedere vel dare potest, nichil de eadem Ecclesia michi vel hæredibus meis retinens, nisi orationum suffragia. Quare volo (&c.) Huius testibus *Johanne* de *Sanctæ Cruce* Capellano Domini regis, *Benedicto* Capellano de *Sprottele*; *Magistro Roberto* de *Brellingtonæ* (&c.)

Carta Matildis filie Stephani Consulis Britannie, uxoris Walteri de Gaunt.

T *Hurystino* Dei gratia *Eborum* Archiepiscopo, & omnibus Baronibus de *Richmundesburie*, & omnibus fidelibus *Sanctæ Dei Ecclesie Matildis* filia *Consulis Stephani Britannie*, uxor *Walteri de Gaunt* Salutem. Notum sit vobis me dedisse in elemosinam Canonicis *S. Mariæ de Brellingtonæ*, Ecclesiam *S. Andreae de Swaldale*, cum *Winton*, & omnibus sibi adiacentibus; consensu Domini mei *Walteri*, de maritaggio meo; solutam & quietam ab omni terreno servitio, sicut rem Ecclesie. Huius Testibus *Wimundo* Capellano, *Willielmo Geroldi* filio, *Lamberto* Confessore, *Radulpho de Novavilla*, *Rachmari* filio *Gilberti*, & *Willielmo*, *Waltero* de *Grendal*, *Baldwino Gilberti* filio, *Malgero* de *Ergbom*, *Odore*.

Adhuc ex
Carulario
de
Bridlingtonæ.
fol. 188.

Carta Roberti de Gaunt Donationes patris & fratris sui confirmans.

R *Obertus* de *Gaunt*, filius *Walteri de Gaunt*, omnibus visuris vel audituris has litteras, salutem. Sciat is me concessisse, & meâ Cartâ confirmâsse Ecclesie *S. Mariæ de Brellingtonæ*, & Canonicis meis ibidem Deo servientibus, in liberam & perpetuam elemosinam, omnes concessiones, & donationes quas *Walterus* de *Gaunt* Pater meus, & *Gilbertus* de *Gaunt* Comes *Lincolniæ* frater meus, fecerunt eis in Ecclesiis, & terris, & tenuris, & omnibus pertinentiis earum, cum omnibus libertatibus, & liberis Consuetudinibus, sicut Cartæ eorum illis testantur, salvo servitio meo mihi, & hæredibus, de illis & hæredibus illorum. Huius Testibus: *Ernisio* Priore de *Martona*, *Gilberto* Canonico de *Kirkham*, *Henrico* de *Gaunt* Dapifero meo, *Magistro Roberto* *Escrop*, *Roberto* *Constabulario*, *Waltero* de *Bovintona*, *Willielmo* de *Trop*, *Willielmo* de *Simardeb*, & *Roberto* filio ejus, *Malgero* de *Ricthona*, *Adam* de *Bovintona*, *Willielmo* filio *Adelardi*, *Gilberto* de *Spetona*, *Willielmo* de *Flamburch*, & *Richardo* fratre ejus, *Henrico* *Silver*, & *Roberto* fratre ejus, *Willielmo* de *Bucktona*, *Malgero* de *Rudestane*, *Radulpho* de *Flamburch*, *Osberto* de *Simardeb*.

Ibid. fol. 156.

Quod

Quod Gilbertus de Gaunt nutritus in Prioratu de Bridlington, locum sepultura ibidem elegit.

Gilbertus Comes Lincolnia omnibus Ecclesiarum filiis salutem; Notum sit vobis, quod ego pro redemptione peccatorum meorum, & pro peculiari dilectione quam semper habui erga Ecclesiam S. Mariae Brellintonia, mancipari me ipsum eidem Ecclesiae, ea videlicet ratione, ut ubicunq; vivendi finem fecero, in Monasterio Brellintonensi locum Sepulturae accipiam. Et si aliquando Deus Cor meum tetigerit, & oportunitatem dederit, ut relicta seculari vanitate, in paupertate Deo servire decernam, in praedicto Monasterio habitum religionis accipiam, & in illorum consortio vitae meae spacia compleam inter quos, ab annis infantiae, coaerui: Conveniens quippe mihi visum est, ut ubi in hunc mundum ingressus sum de ventre matris meae, ibi de hoc mundo egrediar in matrem omnium; & per eorum exemplum, atq; doctrinam Christo merear in bonis operibus conformis fieri, per quorum ministerium Christum Baptismate indui: Quapropter noverit quisquis qui haec audierit, quia mihi proprie officiosus, aut injuriosus erit, quisquis eidem Ecclesiae utilis aut noxius fuerit. His Testibus *Ganfrido* fratre meo, *Waltero* Decano &c.

Carta Roberti de Gaunt.

Robertus de Gaunt, filius Walteri de Gaunt, omnibus Sanctae Ecclesiae filiis, Salutem. Notum sit vobis me concessisse & dedisse, & praesentis Cartae testimonio confirmasse, Ecclesiae S. Mariae de Bridlingtona, & Canonicis ibidem Deo servientibus, in liberam & perpetuam elemosinam, totam pasturam, & totum herbagium in *Swadole*, in longitudine, versus occidentem ab *Hertay* usq; ad ulteriorem torrentem, qui vocatur *Hawarddalebr*, & proximior est colli, qui dicitur *Wlabergh*; & in latitudine à flumine *Smala*, sursum versus Austrum, quantum terra mea durat; Salvis feris bestiis meis, & arboribus meis. Concessi etiam, & praesentis Cartae testimonio confirmavi, in liberam, & perpetuam elemosinam, ut liceat eisdem in eadem pastura facere fenum, quantumcunque voluerint; & de Bosco meo, sine arborum succisione, sufficientem materiam ad faciendos Domos, & faldas duarum vaccariarum, quot opus habuerit; Et virgas sufficientes ad domos faciendas, in eisdem vaccariis; Quarum una vaccaria est apud *Walletheben*, & altera apud *Fritthor*; & de praedicto Bosco meo habebunt ad arandum in eisdem vaccariis, quantum necesse fuerit. Habebunt etiam iidem Canonici ad praedictas vaccarias, quatuor Canes cum integris pedibus; duos ad unam, & duos ad alteram, solutos noctibus, & ligatos diebus; Qui, si inventi fuerunt soluti à prima hora diei usq; ad vesperam, Custodes eorum

erunt in forisfacto Domini, & Canes in misericordia ejus. Quod si forte animalia Canonorum terminos antefatae pasturae transierint, rationabiliter capienter & rationabiliter dimittentur, &c. Testibus *Henrico* de *Gaunt* Dapifero meo; Magistro *Roberto* le *Escrop*, *Roberto* Constabulario, *Willielmo* de *Torpe*, *Waltero* de *Bovington*, *Willielmo* de *Bulston*, *Willielmo* de *Swardby*, & *Roberto* filio ejus, & *Gilberto* de *Speton*, & *Petro* filio ejus.

Bulla Innocentii tertii Papae.

Innoentius Episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis Archidiaconis, Decanis, & Eborum officialibus, in quorum parochiis dilecti filii Canonici de *Bridlington* Ecclesias optinent, salutem, & Apostolicam benedictionem. Gravem, nec silentio transeundam, dilectorum filiorum Prioris, & Canonorum de *Bridlington* querelam accepimus, quod cum olim Archidiaconus *Richmund* a parochiam suam, visitationis gratia circumiret cum centum equis, minus tribus, viginti canibus & uno, tribus Avibus venatoriis, ad quandam Ecclesiam praedictorum Canonorum accedens, tantum Domum istam, sumptu immoderato, gravavit, quod hora brevi dicitur consumpsisse quod totae familiae, longo tempore suffecisset. Nos igitur tanta immoderantiae volentes, sicut convenit, obviare; universitati vestrae, per Apostolica Scripta, praecipiendo mandamus, districtius inhibentes, ne quis vestrum, de cetero, cum parochiam suam visitet, in procuracionum exaltatione, seu modis aliis, praeterquam *Rateranensis* Concilii Statuta permittunt, Ecclesias, seu clericos, vel servientes praedictorum Canonorum gravare praesumat; Si quis vero sententiam in Ecclesias ipsas, vel eorum Clericos, seu laicos propter hoc temere promulgaverit, illam decernimus, autoritate Apostolica nulla tenus observandam.

De Petraria de Fithle.

Omibus Christi fidelibus, ad quos praesens scriptum pervenerit, *Radulphus* de *Nevill*, filius *Radulphi* de *Nevill*, salutem. Noveritis me dedisse, concessisse, & hac praesenti Cartae meae confirmasse, Deo & Ecclesiae, & Canonicis de *Bridlingtona*, petram in petraria de *Fithle* ad fabricam Monasterii sui, & officinarum suarum omnium, ubiq; illis habendam, & ad sumptus suos fodiendam, & capiendam, ubi, quantum, & quando voluerint. Et praeterea concessi quod habeant largam, liberam, & rationabilem viam, super faldam Petrariae, per totam longitudinem dictae faldae, & ubiq; scilicet, tam in loco, qui appellatur *Le Wok*, quam alibi, ubi possunt Petram invenire, cum libero ingressu, & egressu ad carrectas suas, ad praedictam Petram cariandam. Et ego & haeredes mei praedictam Petrariam, cum rationabili via & aliis pertinentiis, praedi-

Adhuc ex
prafato
Reefiro
de *Bridlington*.

Adhuc ex
Cartulario
de *Bridlington* f.
59. b.

Etis Canonicis contra omnes homines warantizabimus imperpetuum, & defendemus. In cujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, &c.

& statuere in hac parte quod est iustum addendi, mutandi, & in omnibus juris beneficio semper sibi salvo.

Videbis Confirmationes Donationum & Cartarum Prioratus de *Widington*; viz. Par. 5. E. 2. p. 6. m. 14. & 12. Et Par. 2. H. 4. p. 1. m. 21. Et Cart. 26 H. 6. n. 15.

Carta Procuratoris nobilis viri Johannis de Nevile de *Crynethoep*.

Ex ipso
auto gra-
pho in
Turri B.
Marie E.
bo. act.

IN Dei nomine Amen. Coram vobis venerabilibus viris Dominis Abbate de *Thorn-ton* super *Hambriam*, ac Priore de *Cltham*, *Lincolniensis* Diocesis, in causa apellationis infrascriptæ, Judicibus sub certa forma à sede Apostolica deputatis in jure proponit Procurator nobilis viri *Johannis de Neville* Domini de *Crynethoep*, contra religiosos viros Priorem & Conventum de *Widington*, ordinis *S. Augustini*, *Eboracensis* Diocesis, Ecclesiam de *Coenham* *Lincolniensis* Diocesis in proprios usus optinentes, & pro eis quemlibet legitime intervenientem; Quod cum ipsi religiosi, ratione suæ Ecclesiæ de *Coenham* prædictæ, ipsum super quibusdam Decimis ad eos; ut dicebant, pertinentibus, primò coram Officiali *Lincolniæ*, autoritate ordinaria cognoscere traxissent in causam; Tandem causa hujusmodi per appellationem ipsius *Johannis* ex certo gravamine interjecto, ad *Cantuariensem* Curiam loci Metropolitanam legitime devoluta, Decanus Ecclesiæ beatæ *Mariæ de Arcubus London*, generalis Auditor causarum dictæ Curie, finito ejusdem appellationis articulo, ac appellatione prædictâ legitime nunciatâ, perperam in principali causa procedens, contra dictum *Johannem* diffinitivam sententiam promulgavit iniquam; à qua dictus *Johannes* ad Officiale dictæ Curie ad quem ab eodem auditore de antiqua approbata & hætenus pacificè observata consuetudine appellabatur & appellatur, appellationem emisit. Verùm quia dictus Officialis ejusdem Curie sententiam contrajustitiam confirmavit, eandem ad sedem apostolicam legitime appellavit *Johannes* supradictus. Quare petit dictus Procurator, nomine quo supra, probatis in hac parte probandis, seu quavis via juris detectis vel declaratis, hiis vel eorum aliquo quæ vel quod sufficiant vel sufficiat in hac parte pro appellatione prædictâ, ad sedem eandem interjecta, & jurisdictione vestra in hac parte pronunciari, ipsamque appellationem justam & legitimam fuisse & esse sententialiter declarari, necnon detectis dictarum sententiarum Officialis & Decani, ipsas sententias diffinitivas prædictorum Officialis & Decani, & quicquid ex eis vel ob eas est subsecutum infringari, revocari, tractari, seu annullari, viribusque cavere discerni ulterius

PRIORATUS

10 *S. Bartholomæi in Smithfelde*
in suburbio Civitatis London

Quis hanc ecclesiam edificavit, & quanto tempore ei præfuerit.



Anc igitur Ecclesiam in honorem beatissimi *Bartholomæi* Apostoli piæ memoriæ *Raherms* fundavit, & ibidem Deo servituros secundum regulam sanctissimi patris *Augustini* viros religiosos aggregavit; eisdemque per viginti duos annos Prioris dignitate & officio functus præfuit. Liberalium artium scientiam minimè affectus; sed quia omni scientiæ supereminet, conscientie puritate præditus; erga Deum devotione; erga fratres humilitate, erga hostes suos quadam benevolentia certabat: Cujus animi probata sinceritas, mores honestate conspicui, spectata in divinis sedulitas, prudens in terrenis administrandis sollicitudo laudi fuere: In conviviis sobrius, hospitalitatis sedator præcipuus, tribulationes miserorum & necessitates pauperum oportunè admittens, patienter supportans, competenter expediens. In prosperis nequaquam elatus, in adversis patiens, si quid sinistra occurreret, sub umbra patroni sui, quem venerabatur, quem intimis visceribus amplectebatur, sedebat, cujus auxilio in omnibus periculis tutus erat. Subditi gravi cum omni humilitate prævidens, cum summâ diligentia, quæ necessaria erant, providens, angebat sibi indies apud Deum & homines gratiam, loco reverentiam, amicis læticiam, lividis pœnam, posteris gloriam. Et talis quidem ejus vita post conversionem extitit. Qualis ve:ò ante fuerit, & quo ordine hujus sacratissimi templi fundamenta locaverit, paucis intinemus, sicut nobis contestati sunt qui eum videre, & ejus operibus & alloquiis interfuerunt; quorum quidam dormierunt in Christo, quidam adhuc supersunt, & horum quæ dicturi sumus, testes sunt.

Ex codi-
MS. in
Bibl. Co-
toniana sub
effigie *Ves-*
pasiani b. 9
fol. 1.

30

40

50

60